

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Parentes x
cum uariis

Decius imperator, cum Decium filium suum imperiali dyademate proponeret insigniri, renuit filius, dicens: Vereor ne si fiam imperator dediscam esse filius. Malo non esse imperator et humilis filius quam imperator et filius indeuotus. Imperet pater meus, meum imperium sit parere humiliter imperanti. Nam parentum affectum exuit qui mole superposita filium extinguit. Prius enim alendi et nutriendi sunt pueri et cum precesserint quos precedere debent, inuite descendant.

Valerius Maximus libro IV.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Parentes x] Parentes y P V¹ V² L¹ L²; Decium] Decius (*cor. intra*) C; proponeret] proponerent V¹; et] sed V² L¹ L²; imperet] impareret V¹